



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De Iacobo epi[scopo] Hierosolymitano primo. Cap. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## HAYMO DE CHRISTIA.

H A Y M O.

**C**Vm his itaq; conuersatur dominus per omne tempus assumptæ mortalitatis, & instituit in fide, & instruit scientia, donec peracto suscepit dispensationis officio, patitur & resurgit, & ascendit in cælum secundum euangeliorum fidem.

## SOD<sup>•</sup> HAYMONIS<sup>•</sup> EPISCOPI HALBERSTAT.

liber II. de electione Matthæi apostoli, & ordinatione septem diaconorum.

Caput .I.



Estat ut de his quæ post ascensionē domini proxime cōsecuta sunt, dicamus. Mittūt apostoli sortem, & pro Iuda traditore eligūt Matthiam. Ordinat etiam septem diaconos, ministerij viduarū gratia, è quibus unus statim post ordinationē suam lapidatur. Propter quod & nomine suo coronatur à domino. *σιφανος* enim interpretatur corona.

## DE IACOBO PRIMO HIEROSOLYMITANO episcopo.

Caput .II.

**T**Vnc deinde Jacobus frater domini primus Hierosolymitanæ ecclesiæ suscepit sedē, cum esset virtutum merito, & vitæ insignis priuilegio.

RERVM MEMO. LIB. .II.  
CLEMENS IN LIBRO DIS-  
positionum.

**N**am licet Petrus, & Iacobus, & Iohannes om̄i  
bus pene post ascensionē domini fuerint pr̄e  
lati, tamen non sibi vendicant gloriam, sed Ia-  
cobū qui dicebatur Iustus, episcopum statuunt. Huic  
quippe Iacobo & Petro & Iohanni dñs post resurre-  
ctionem oēm scientiam tradidit, & ipsi cæteris apo-  
stolis, qui apostoli ipsis lxxij. tradiderunt. Duos autē  
Iacobos fuisse constat, vnum fratrem Iohannis, alte-  
rum hūc Iustum fratrem domini, qui frater domini  
dictus est, pro eo quod esset filius Joseph, qui Christi  
quasi pater habebatur.

HAYMO DE EADEM MA-  
teria secundum quod reperit in  
sententijs patrum.

Caput .III.

**S**Ciunt etiam qui diligenter explorauerunt, quia  
frater domini sit dictus, tanquam cognatus sit.  
Hic enim mos Hebræorum, cognatos vel, ppin  
quos fratres dicere vel appellare. frater igitur domni  
sic dictus est, qd de Maria sorore matris dñi, & patre  
Alphœo genitus est. Vñ Iacobus Alphei appellat. Sed  
quoniam nunc se ingessit occasio, de duobus Iacobis  
omnem q̄stionem rescindamus, & altius generis eo-  
rum repetamus originē. Maria mater dñi, & Maria  
mater Iacobi, fratri domini, & Maria Iacobi fratri  
Iohannis euangelistæ sorores fuerunt de diuersis pa-  
tribus genitæ, sed de eadem matre, scilicet Anna.  
Quæ Anna primo nupsit Ioadum, & de eo genuit